



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Concilium Nicenum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Canones Niceni concilii.

Incipiunt capitula Niceni concilii

¶ De Eunuchis q seipos abscindunt	1	¶ De excommunicatis à seculo exeuntibus,	12
¶ De his q post baptismum statim ad clerum applicantur	2	¶ De catechuminis lapsis,	13
¶ De subintroductis mulieribus	3	¶ De diaconibus ne corpus Christi tradant p̄byteris, vel ān p̄bros communicent	14
¶ Qualiter episcopi debeant ordinari	4	¶ De clericis temere ab Ecclesia recedētib⁹,	15
¶ De excommunicatis clericis vel laicis	5	¶ De p̄byteris & diaconibus vel clericis q ad alias Ciuitates transeunt,	16
¶ De primatibus ep̄oꝝ metropolitanor̄	6	¶ De clericis alienis sine cōniūctia pprii ep̄i ab alio in sua Ecclesia non ordinandis	17
¶ De honore episcopi Hierosolymitani	4	¶ De clericis vsurā v̄ apliationē accipiētib⁹,	18
¶ De Nouatianis	8	¶ De Paulianistis & Catafrigis rebaptizādis,	19
¶ De p̄byteris sine examinatioe cōstitutis	9	¶ De diebus dominicis & penthecostes, v̄ in eis stantes oremus,	20
¶ De lapsis clericis ordinatis	10		
¶ De his q sponte lapsi sunt qualiter debeant p̄nitere.	11		

Incipiunt Canones Niceni concilii quod actum

est sub Constantino imperatore Paulino & Iuliano consulibus fratribus, CCC.LXIII.III. Calendas Iulij.



D

E

V M conuenisset hoc sanctum & magnum concilium apud Nicēā ciuitatem prouinciæ Bythyniæ, statuta sunt ab eis hæc quæ infra scripta sunt ex græco in latinum versa sermonem.

I ¶ Si qs in ægritudine vel à medicis seclusus est, vel à barbaris castratus, placuit vt iste p̄maneat in clero. Si qs aut̄ sanus seipm̄ abscindat, etiā si est in clero cessare debet, & hoc nullū talē oportet ordinari. Sicut aut̄ de his q vel affectauerint hæc vel ausi sunt seipos abscindere hæc quæ dicimus, statuta sunt. Ita si q à barbaris vel à dñis suis seculi & pbabilis vitæ sint, tales suscipit ecclesiastica regula in clerum.

II ¶ Quā multa siue p̄ necessitate, siue ex quacūq; cā cōtra regulā gesta sunt, ita vt homines ex vita gētili nuper adhuc catechizati, vel instituti statim ad sp̄ualem baptismū uenissent, & continuo cum baptizati sunt, etiam ad episcopatū, vel ad p̄byterium p̄uecti sunt. Recte igit̄ visum est de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tpe opus est, vt sit ca thecuminus, & post baptismū multa p̄batione indiget. Euidēs nāq; est Apostolicū p̄ceptum dicēs: Non Neophytū ne forte elatus in iudicium incurrat & laqueum diaboli. Si vero p̄cedēte tpe aliquod p̄ctm̄ admiserit, & conuictus duobus vel tribus testibus fuerit, cesset à clero qui huiusmodi est. Si quis vero præter hæc facit tanquā contraria statutis sancti concilii gerens ip̄se periclitabitur de statu sui cleri.

F III ¶ Omnibus modis interdixit sancta synodus neq; ep̄o, neq; p̄bytero, neq; diacono, neq; ulli clericor̄ oīno licere habere secū mulierē extraneā, nisi forte m̄r, aut soror, aut auia, aut amita, vel mater tera sit. In his nanq; solis p̄sonis, & harum similibus omnis quæ ex mulieribus est suspitio declinat, qui autem præter hæc agit periclitat̄ de clero.

G IIII ¶ Episcopum oportet ab omnibus ep̄is si fieri potest, q sunt in prouincia eius ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel aliq̄ vrgēte necessitate, vel itineris longitudine, certe tres ep̄i debent in vnum esse congregati, ita vt etiam cæteror̄ qui absentes sunt consensum l̄fis teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sanē vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

H V ¶ Seruet̄ ista sn̄ia, vt hi q ab alijs excommunicant̄ ab alijs ad cōmunionē non recipiant. Requirit̄ sanē si forte aliqua indignatioe, aut contentioe, aut qualibet cōmotioe ep̄i sui excommunicati sint. Vt ergo digna hæc possint examinatioe p̄quiri recte visum est, per singulos annos in singulis prouincijs bis in anno ep̄oꝝ Concilium fieri, vt simul in vnum conuenientes ex cōmuni prouincia h̄mōi examinēt̄ quæstiones, vt ita demū hi q ob culpas suas ep̄oꝝ suor̄ offensas merito contraxerunt digne etiam à cæteris excōicati s̄l̄r habeant̄, quousq; in cōmuni vel ipsi ep̄o suo visum fuerit humaniorē circa eos ferre sn̄iam. Habeat̄ autē semel Concilium ante dies quadragesimæ, vt oībus si quæ sunt simultatibus amputatis mūdum solēne deo munus possit offerri. Secundum vero agat̄ circa tempus autumnū.

I VI ¶ Mos antiquus p̄duret in Aegypto, vel Lybia, & P̄tāpoli, vt Alexādrin⁹ ep̄s hoꝝ oīum habeat̄ p̄tatem, qm̄ quidē & Romano ep̄o parilis mos est. S̄l̄r autē & apud Antiochiam cæterasq;

rasq; puincias honor suus vniciq; seruetur ecclesie. Per oia at manifestu est qd si quis p-
ter voluntate & consciencia metropolitani epi fuerit ordinatus, huc conciliu magnu & scdm cen-
sui no debere esse epm. Sane si coi oim consensu ronabiliter probato scdm ecclesiasticam re-
gula duo vel tres aofitate ducti p cotentione contradicat, obtineat plurimoz snia sacerdotu **A**

VII. ¶ Qm mos atiquus obtinuit, & vetusta traditio, vt Elie. i. hierosolymoz epo hon-
nor deferat, habeat coseqnter honor manete tm metropolitane ciuitatis ppria dignitate **B**

VIII. ¶ Si qui voluerit venire ad ecclesiam catholicam ex nouatianis, placuit scdo concilio
vt ordinetur & sic maneant in clero. An oia at hac habeant confessione qua p scrip. ura exigi o-
portet, vt fateatur se coi consensu catholice ecclesie statuta obseruatuos, id est coicatu-
ros se & his qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui psecutis tpe lapsi sunt, qui
bus tm lapsis poenitentia modus & tps ascriptum est, vt in oibus sequantur ea qua in eccle-
sia catholica obseruantur. Et sicubi idem ipsi fuerint inuenti siue in vicis seu in vrbibus
clerici ordinati a catholicis sic etiam in clero psistant, vnusquisq; tm in suo ordine. Si vero
eps vel pbf catholice ecclesie fuerit ad quem aliqui ex his accedunt, certum est qd eps qui-
dem catholicus sua habeat dignitate. Similiter autem pbyteri & diaconi habeant. Hi vero
qui ab istis veniunt, si forte eps fuerit habeat sacerdotij dignitatem, nisi forte placeat epo
catholico concedere ei etia episcopalis nois honorem. Si vero no placuerit inueniat ei lo-
cum, vt sit in parochia coeps aut in clero presbyter, & in ciuitate vna non videantur duo
epi esse, & ille omnimode in clero permanere videatur. **C**

IX. ¶ Si quis examinatoe promoti pbf sunt, & postea examinati cofessi sunt pctā sua,
& cum cofessi fuissent contra regulam venientes hoies manus eis temere iposuerunt, hos ec-
clesiasticus ordo non recipit. In oibus em qd irrephensibile est defendit ecclesia.

X. ¶ Quicq; ex lapsis p ignoratia sunt ordinati, vel cotemptu eoz qui eos ordinaue-
runt, hoc non p iudicat regulam ecclesiasticam, cum em compertum fuerit deponantur. **D**

XI. ¶ Placuit sancte synodo licet indigni sint mra, tm aliquid circa eos humanitatis on-
di. Si quos ergo ex aio poenitet tribus annis inter poenitentes habeatur. Si tm fideles sunt, se-
ptem annis alijs inter poenitentes sint, duobus aut annis ide sine oblatoe i oratione sola p-
ticipent populo. Si quis vero p dei gratia vocati primo quidem ofiderit fide sua deposito
militia cingulo, Post hac aut ad priu vomitu reuerfi sunt, vt & pecunias darēt & abirent
redire rursum ad militiam, isti decē annis sint inter poenitentes, post primu trienniu quo fue-
runt inter audietes, ab oibus vero illud pcipue obseruet, vt animus eoz & fructus poeniten-
tia obseruetur. Quicq; em cu omni timore & lachrymis pseueratibus & opibus bonis co-
uerfationem sua no verbis solis, sed opere & veritate demōstrant, cum tps statutum etia
ab his fuerit impletum, & orationibus iam ceperunt communicare, licebit etiam epo huma-
nius circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum & sufficere sibi
quod ecclesiam introierunt arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt.

XII. ¶ De his vero q recedunt ex corpore antiq legis regula obseruabitur etia nunc, ita **F**
vt si forte quis recedat ex corpe necessario vita sua viatico no defraudatur, qd si despera-
tus aliquis recepta comunionem supuixerit sit inter eos qui sola oratione communicant, De
oibus tm his qui a corpore recedunt in tradedo eis coionem & cura & probatio fit epi.

XIII. ¶ Placuit hoc sancto & magno concilio de cathe. uminis qui lapsi sunt, vt tri-
bus annis inter audientes verbum sint tantummodo, post hac vero orent cu cathecuminis. **G**

XIII. ¶ Peruenit ad sanctum concilium quod in locis quibusda & ciuitatibus, pres-
byteris sacramenta diaconi porrigant, hoc neq; regula, neq; consuetudo tradidit vt hi qui
offerendi sacrificij non habent potestatem his qui offerunt corpus Christi porrigant, sed
& illud innotuit quod quidem diacones etiam ante episcopos sacramenta sumunt. **H**

Hac omnia amputentur & accipiant secundum ordinem post presbyteros ab episco-
po vel a presbytero sacram communionem. Quod si non fuerit in presenti vel episcopus
vel presbyter, tunc ipsi proferant & edant. Sed nec sedere quidem licet in medio presby-
terorum diacones. Si quis autem non vult his sufficiens esse, post hanc diffinitionem ces-
set esse diaconus.

XV. ¶ Propter multas pturbationes & frequentes tumultus seditionum q fieri solent, **I**
placuit omnimodo ista abscindi consuetudinem q contra regulam est sicubi tamen fit, id est
ne de ciuitate ad ciuitatem transeat vel eps, vel presbyter, vel diaconus. Si quis vero post
hac statuta sancti huius concilij tale aliquid agere tentauerit, infringet omni gne huiusce-
modi conatus & restituat propriae ecclesie in qua ordinatus est.

XVI. Si q vero timore dei an oculos no habetes, neq; ecclesiastica statuta custodiētes, re-
cesserit ab ecclesia sua siue pbf siue diaconus, vel in qcūq; ecclesiastico ordine positi fuerit, non
debent **K**

Canones Niceni concilij.

debent suscipi in Ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur ut redeant ad Ecclesiam suam quod si permanserint excommunicare eos oportet.

L XVII. ¶ Si quis ausus fuerit aliquem qui ad altare pertinet ordinare in sua Ecclesia, cum non habeat consensum episcopi ipsius a quo recessit clericus, irrita erit huiusmodi ordinatio.

M XVIII. ¶ Quoniam multi clerici auaritie causa turpia lucra sectantes oblitati sunt diuini precepti, quod dictum est, quod pecunia sua non dedit ad usuram, generantes cetesimas exigant, statuit hoc sanctum concilium, si quis iuuetus fuerit post hanc diffinitionem usuram accipere vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam spes frumentorum ad sextuplum dare, ois qui tale aliquid conatus fuerit ad quatuordecim deiciatur a clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu.

N XIX. ¶ Si quis confugit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis & Catafrigis statutum est rebaptizari eos debere. Si vero clerici erant apud eos, si quidem inculpato fuerint, & irreprehensibiles, rebaptizati rursus etiam ordinantur ab episcopo Ecclesie catholice. Si vero examinati minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Sicut autem & circa diacones, & de oibus qui in eodem clero inueniuntur eadem forma seruabitur. Commemorauimus autem diaconissas que in hoc ordine inuenter sunt, que nec manus impositione aliquam habeant, ut omnimodo inter laicos habeantur. Sicut autem diaconissas que in catholico canone non habent suum locum. id est laice & tanquam non consecrate deputentur.

O XX. ¶ Quoniam sunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus penthecostes, propterea est itaque statutum a sancta synodo quoniam consona & conueniens pro ois Ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem domino vota reddamus.

¶ Symbolum eiusdem Niceni Concilij.

Credimus in unum deum patrem omnipotentem visibilem & inuisibilem conditorem. Et in unum dominum Iesum christum filium dei natum de patre unigenitum hoc est de substantia patris deum de deo, lumem de lumine deum verum de deo vero, natum, non factum, consubstantialiter patri. id est unius substantie cum patre (quod Greci omouision dicitur) pro qua omnia facta sunt que in celo & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de celis, & incarnatus est atque homo factus, passus, mortuus est, & resurrexit tertia die ascendit ad celos, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritu sanctum. Eos autem qui dicuntur erat, quoniam non erat & antequam nasceretur non erat, & quod ex nullis existentibus factus est, aut ex aliquo substantia vel natura, eum dicentes esse mutabilem, & conuertibilem filium dei phibendo hos anathematizat, & condemnat catholica & apostolica Ecclesia. Hanc est fides quam exposuerunt patres primus quidem aduersus Arrium blasphemum, dicentem creaturam esse filium dei, & aduersus omnem heresim, Sabellij, Fotini, Pauli, Samosatani, Manichei Valentinii, Martionis, & aduersus omnem omnino heresim, si quis in surrexerit contra catholicam & apostolicam Ecclesiam quam omnes condenuerunt Nicene congregati episcopi trecenti decem & octo.

¶ Fides Gregorij maioris.

Pater deus principium & pater verbi uiuentis, sapientie existens, & virtutis, & imaginis, propriae perfectus perfecti genitor, & unus dominus ex uno patre filij unigeniti & unus dominus ex uno deo de deo, figura substantie patris, imago dei, deo uerbum mundi, & totius substantie operifex, sapientia, cunctis omnia que existunt, filius uerum de patre uero, inuisibilis de inuisibili, incorruptibilis de incorruptibili, immortalis de immortali, & sempiternus de sempiterno & unus spiritus sanctus perfectus, perfecta uita, uiuentium sanctitas, & fons sanctitatis, & edificatoris ministrator, pro qua deus in omnes credentes & super omnes & filius qui pro omnes. Trinitas perfecta gloria & regnum sempiternum, indiuiduum, & inalienabile. Neque igitur creatum aliquid, & seruum seu famulum in trinitate, neque aduentitium, vel subintroductum tanquam quod ante non extiterit, & nouissimum subintrauerit, neque enim desinit aliquis filius patris, aut filio spiritus sanctus, sed immutabilis & inconuertibilis hanc eadem Trinitas semper.

Incipiunt capitula Concilij Ancirani.

¶ De presbyteris lapsis in persecutione	1	¶ De his qui ante baptismum sacrificauerunt idolis.	12
¶ De diaconibus qui immolauerunt.	2	¶ De Coepiscopis	13
¶ De clericis siue laicis quorum manus alij cum iniuria super idolorum sacrificia posuerunt	3	¶ De presbyteris a carne se abstinentibus	14
¶ De his qui in templis idolorum cenauerunt, de quibus supra	4	¶ Non debere presbiteros ecclesiastica iura uideri,	15
¶ De his qui timore ritus gentilium pegerunt	5	¶ De his qui irrationabiliter uixerunt	16
¶ De his qui in locis idolorum manducauerunt	6	¶ De his qui sicut muta animalia uixerunt	17
¶ De his qui frequenter idolis immolauerunt	7	¶ De episcopis qui ordinati non suscipiunt	18
¶ De his qui coacti uti idolis immolauerunt	8	¶ De his qui uirginitatem profitentur	19
¶ De his qui alij sacrificandi causam attulerunt,	9	¶ De Adulteris.	20
¶ De diaconibus	10	¶ De mulieribus que fornicate partus suos necant,	21
¶ De desponsatis puellis & ab alijs corruptis	11	¶ De his qui uolentes homicidium fecerunt,	22
		¶ De his qui more gentilium uiuunt	23
		¶ De eo qui sororem sponse sue uiciauit,	24

¶ Incipit